Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1453
Quelle:
Copyright:

ſtidij &c. Dedimus jam CCCXL. Titulo *Speculi militantis Eccleſiae.* Verum hic Adpendicem habet, ad cujus marginem legitur: *Iſta capitula ſubſequentia ſunt abſtracta a dyalogo per falſos fratres.* Adpendix haec incipit: *Sed demum arguunt recencius* &c. et finit: *et finis dyalogi completur ut deus glorificetur.* Obſervo, ad folius hujus Tractatus calcem Librario paene elapſum eſſe integrum Autoris nomen; Scripſit enim: *Explicit dyalogus Magiſtri Johannis wi.* Vide et *Indicem.*

XIV. *fol.* 163. *Trialogus.* Initium: *Cum locutio ad perſonam multis plus complacet, quam locutio generalis* &c. Conſtat *Libris* IV. in *Capita* diviſis, et editus eſt f. l. (*Baſileae* putavit *Fabricius*) 1525. 4. Porro *Codex* hic induſtrios olim Diſcipulos nactus margines paene omnes locis Autorum, Argumentis et Summariis, a diverſa manu, non ſine judicio confitos habet. *Fol.* praevio recentior calamus adſcripſit *Doctor Martinus Luter.*

CCCLXXXV.

880 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Foliorum 276. f. per duas columnas bene exaratus, rubricisque diſtinctus ſequentia tacito nomine continet *Job. Wicleſi* Opera, quorum ſiquae in *Balei*, *Tanneri*que Catalogis non invenero, ſpeciatim indicaturus ſum.

I. Tractatus *de Eccleſia* Capitum XXIV. cujus initium eſt: *Quia nonnulli eciam illi qui videntur eſſe aliquid* &c. Vide *Indicem.*

II. *fol.* 114. Tractatus *de dominio.* Initium: *Cum quilibet chriſtianus et ſpecialiter Theologus mori debeat virtuoſus* &c. Vide *Cod.* CCCCV. ubi finitur ſicut hic, licet hic addatur: *Vtique deficit nec eſt finis.*

III. *fol.* 170. p. 2. *Supplementum Trialogi* ſeu *de Dotatione Eccleſiae.* Initium: *Utrum clerus debuit dotationem quam modo occupat* &c. Vide *Indicem.*

IV. *fol.* 182. *De oratione dominica et Salutatione angelica.* Initium: *Cum heretici diebus iſtis nouiſſimis* &c. Aliud initium utriusque adſignat *Baleus.*

V. *fol.* 185. *De ſolutione Sathanae.* Initium: *Quantum ad obiectum fratrum, quod non ſane intelligitur ſcriptura* &c. Vide *Indicem.*

VI. *fol.* 187. *Tractatulus de noua preuaricantia mandatorum*, vel, ut *Baleus* fortaſſe, *de 4. Sectis nouellis.* Initium: *Cum ſecundum veritatis teſtimonium Matth. 19. ad ingreſſum in patriam* &c. Aliud Scriptum *de 4. Sectis* occurrit *Cod.* CCCLXXXIV.

VII. *fol.* 192. *Socii argumenta contra veritatem.* Fortaſſis id, quod *Baleus* inſcribit: *Super impoſitis Articulis.* Initium: *Quidam ſocius* (fellow) *quem ſuppono eſſe emulum veritatis, invehit multipliciter contra ſententias, quas concipit me dixiſſe* &c.

VIII. *fol.* 203. p. 2. *Secuntur 17. concluſiones, quas poſuit Magiſter Johannes in parliamento reg-*